FORMULA CONFOEDERATIONIS,

SUBPATROCINIO IMMACULATÆ VIRGINIS, AC GRATIA PLENÆ MATRIS DEI

MARIÆ,

Apud PP. Franciſcanos Ingolſtadii erectæ.

SAncta MARIA, Mater DEI, Virgo, ſine labe concepta, ter Immaculata ſemper gratia plena. Ego

indigniſſimus filius, & cliens tuus Te hodie in Dominam, Patronam, Advocatam, ac Matrem chariſſimam eligo, firmiterque ſtatuo, ac propono, me nunquam Te derelicturum, neque permiſſurum, ut a me, aut a meis ſubdiditis aliquid unquam agatur tuis oculis, ac beneplacito Materno adverſum. Obſecro Te igitur o MARIA gratia plena! per tuam Immaculatam Conceptionem, ſuſcipe me in ſervum & clientem tuum perpetuum: adſis mihi in actionibus omnibus meis, nec me deſeras in hora mortis meæ, Amen.

Univ. Bibl.
München